

MIDDELBURG B. M. V. et St. Nicolaus

Wallacria, Valacria, Middel-, Middle-, Mittelburc, -burch, -borch, -burgh, -borc, -borgh, Medioburgum, Metelliburgum.

Metropolis Zelandiae, in Neerlandia. Dioec. Utrecht, ab anno 1559 ipsa facta est sedes episcopalis. Hodie iterum pertinet ad Utrecht.

Vitetur confusio cum ecclesia collegiata SS. Petri et Martini in eadem civitate.

Una ex praeclarissimis abbatiis totius Neerlandiae, simul et Ordinis. Alboldus, abbas canonicorum O. S. A. de Vormezele<sup>89)</sup>, anno 1122 vel 23, ecclesiam collegiatam B. M. V. in Middelburg<sup>90)</sup>, fundatam circa annum 1106, seipso duce ad normam sui ordinis reformavit. Iam post breve tempus, instigante Godeboldo episcopo Ultrajectensi, qui haeresim Tanchelini in Zelandia grassantem extirpare voluit<sup>91)</sup>, haec nova canonica Ordini Praemonstratensi se aggregavit, et anno 1128 turba canonicorum ex abbazia Sti. Michaelis Antwerpiensis est adaucta<sup>92)</sup>. Monasterium, quod certe initio erat duplex, in posterum stetit sub paternitate abbatis Sti. Michaelis. Quo translatae fuerint moniales, et quanam fuerit sors earum, est incertum. Factum, quod abbates Middelburgenses, una cum abbatibus Sti. Michaelis Antwerpiensis, exercuerunt paternitatem in asceterium Zoetendaal, forte innuit, sorores nostrae canonicae saltem partim in hunc locum, ceteroquin ei vicinum, fuisse translatas. Etiam parthenon Stae Barbarae in Haga Comitum suberat abbati Middelburgensi.


Canonica, praesertim munificentia Wilhelmi Regis Romanorum, facta est insignis, ac potens divesque nimis. Anno 1401, exempta est a iurisdictione episcopali. Gaudebat abbas jure pontificalium. Possedit curias in Grijpskerke, Janskerke, Oostkapelle, Westkapelle, Nieuwenhof, We-

<sup>89)</sup> In Flandria Occidentali, non longe a Dixmuiden, 1068—1797 (SANDERUS, Fl II 369/70, 415).

<sup>90)</sup> In textu originali habetur: „Waltigheem in Middelburch“ (*Chronicon Vormeselense*, o. c. p. 1). Abbatia saeculis XII/XIII, ut etiam in catalogis NSLV, saepe vocatur Vallacria, quod est Walrighem = Walcheren.

<sup>91)</sup> Vide supra apud abbatiam Sti. Michaelis Antwerpiensis.

<sup>92)</sup> Secundum *Chronicon Vormeselense* (o. c. infra), iam Alboldus transiit ad normam Praemonstratensium, dum *Annales Formosolenses* (o. c. ibidem) affirmant, hunc transitum communitatis esse actum post mortem eius tantum, quae accedit anno 1130. Traditio tamen Ordinis refert annum 1128.



sterland, Vechten, et Middelburg prope Wijk in terra Heusden. Abbas habuit castellum in Westhoven. Parochias et ecclesias possedit quadraginta, quarum permultas religiosis suis administravit<sup>93</sup>), scilicet: Aagtekerke, Baarsdorp, Biggekerke, Brigdamme, Dekenskapelle, Boudewijnskerke, Domburg St. Joh. Bapt., Dijkshoek, Grijpskerke, Eversdijk, Eikenduinen, Geersdijk 1498, 's Gravenhage St. Jacobus (ante 1307), Hoogelande, 's Heer Abtskerke (primitus Versvliet), Kampen, Kortgene, Kats, Krommenhoek, Koudekerke, Meliskerke, Middelburg St. Niklaas 1270, Middelburg Begijnen ante 1266, Mariekerke, Monster 1280, Nieuwerwe, Noordwelle, ter Nisse, Nieuw Vlissingen St. Jacobus 1488, Oudvlissingen 1488, Oostkapelle, Oost Souburg, West Souburg, Poppenkerke, Poppendamme, Poortvliet, Poeldijk, Ritthem, Sinoutskerke, Scheveningen, St. Janskerke, Serooskerke ca. 1248, Vrouwenpolder, Welsinghe, Westkapelle, Werendijk, Westmonster, Zoutelande.

Comitia Zelandiae sedem suum habuerunt in abbatia, praesidente semper abbate. Status personalis: 1438:29, 1484:40, 1549:35 canonici, 5 clerici, 2 novitii. Redditus annui tunc aestimabantur 10 000 florenorum. Anno 1492, canonia combusta est, et dein pulchre reconstructa. Anno 1499 Cardinalis quidam se intrudit tamquam commendatarius, qui vero magna pensione accepta, renuntiavit. Celebris pictor Albertus Dürer admiratus est anno 1520 „stalla speciosissima in Choro“. Anno 1559 bona abbatiae tradita sunt episcopato Middelburgensi, de novo erecto, in dotationem; monasterium tamen substitit<sup>94</sup>). Anno 1566 ab iconoclastis devastatum, et anno 1574 suppressum est. Biennio ante, duo ex eius canonicis: Jacobus Lacops et Adrianus v. Hilvarenbeek, martyrio coronati sunt in Gorcum. Post suppressionem, religiosi transierunt in varias canonias Belgii; bona superstitia in Belgio administrata sunt ab episcopo Middelburgensi ibidem exule, ab anno autem 1595 ab abbate Parcensi, una cum ultimis religiosis. Aedes extensae monasterii integrae supersunt,

<sup>93</sup>) Abbas collationes beneficiorum nun potuit facere sua sponte, sed debuit praesentare candidatos archidiacono ecclesiae cathedralis Ultrajectensis quos iste non potuit rejicere absque gravi ratione. Nomen candidati, ab abbate praesentati, archidiaconus dictus proclamavit in ecclesia conferenda, et si nullus ex plebe fecit objectiones, auctoritas localis hoc nuntiavit officiali Ultrajectensi, qui dein investitionem fieri iussit. Tantum sacristas abbas propria auctoritate nominare solebat (FRUIN AAMidd 4) Confer quod diximus hac de re supra in praefationibus circariarum Frisiae et Brabantiae.

<sup>94</sup>) Ad ecclesiam cathedralem anno 1559 non est destinata nostra abbatialis, sed collegiata Sti. Petri (AASS I. c.).

mutatae in Archivum Gubernii, Museum et Bibliothecam Provinciale. Ampla ecclesia nunc divisa est in tres partes, quarum duae cultui protestantium inserviunt. Quae omnia, bello peracto, igne combusta sunt, tamen nuper in statum pristinum redintegrata. Spectabilia sunt praesertim perpulchrum claustrum, capitulum et refectarium.

**Archivalia:** Magna pars archivi mansit in loco, ubi hodieum asservatur (Rijksarchief Zeeland). Canonici autem secedentes anno 1574 multa archivalia secum tulerunt in Belgium, ubi a Bollandistis et a Miraeo consulebantur, sed modo non iam inveniuntur. Perpauca minoris ponderis habentur in AAPA. (VII 49, XXIX 1), AAA et BRB (vide FRUIN o. c.)

**Fontes et Litteratura:** LEPAIGE II 592/96 — HUGO II 187, prob. 129 — WAEFELGHEM 166, 379 — AA. SS. Junii I 968/81<sup>95</sup>) — v. d. AA VIII 873 — *Act. Proc. Univ. Lov.* II 398 — BERGER 1698, 4620/21, 5580/81, 6483 — BERLIERE *Inv. Cam.* cf. ind. — v. BOTERDAEL 337/78 — BOTS 321/33 — BROM *Bull. Traj.* cf. ind. — IDEM, *Reg. Utr.* cf. ind. — IDEM, *Arch. in Italie* cf. ind. — *Corp. Sig. Neerl.* 433/37 — *Corresp. Phil.* II, III 26 — COTTINEAU 1846 — GOOVAERTS I 394, 477, 507, 620, II 303, III 38, 106, 158, 161, 184, 200, IV 168, 191, 202/04 — HALMA II 85/86 — v. HEUSSEN *Middelb.* 7 sq. — HEIJMAN *Verspr.* 4 — JAFFE 9389 — JONGKEES 353 — KIST MOLL III 18, 328 — LAENEN, *Arch. Ét. Vienne* 213 — *Lettr. com. Jean XXII* 10461, 16837, 16844 — LTK VII 179 — *Matr. Univ. Lov.* I, II cf. ind. — MOLL II 1, 85, II 2, 29/30, 50, 342 — *Mon. Bat.* II 130, cf. 39, 78, 104, 148, 206 — MULLER *Reg. B.* 735, 1198, 1772, 1845, 4320, 4245 — OBStUtr I/III cf. ind. — OHZ I/II cf. ind. item *Suppl.* — POST *Eigenk.* 92, 103, 110, 173, 176, 180, 181, 184, 190 — POTTHAST 3295, 12738, 13339, 14433, 14447, 14504, 14915, 16498 — PRESSUTTI 5482/84, 7402 — *Reg. Benoit XII* 9402, 9469, 9478 — *Reg. Bonif. VIII*, 1003 — *Reg. Utr.* 1301/41 cf. ind. — *Reichsreg. Karls V.* 1987, 5778 — *Rep. Germ.* I 11, 34, 60, 65, 122, 222, II 13, 41, 43, 48, 210, 357, 367, 370, 371, 374, 1324, III 62, 279, IV 1:123, 1061, 1089? — RICHTHOFEN II 528/31 — H. v. R. IV 6/24 — RÖMER II 269 — SERNEE, DROSSAERS en FEITH cf. ind. 410 — TCCD III/VI, VIII/XI 2 cf. ind. — VALVEKENS *Vis. Can.* II 42, 70 — BAUMGARTNER, *Der lange Jan von Middelburgh*, in: *Stimmen aus M. Laach* XXV (1883) 186/95 — J. de BEKA, *Chronicon*, ed. A. BUCHELIUS, *Ultrajecti* 1643, fol. 45 — H. BRUGMANS, *Het Archief der*

<sup>95</sup>) Fons praestantissimus ex archivis interea amissis, cf. OBREEN, *De Oorsprong* 2, et *Anal. Praem.* XIII (1937) 169. Series abbatum ab illo allata, multa quidem praebet nomina aliunde ignota, attamen cautissime videtur esse legenda, et saepius aperte errat. Aliqui abbates, quos praebet, confirmantur a necrologiis canoniatarum nostrae circariae.

*Abdij van M.* in: *Ned. Spect.* 1902; 420. Cf. 1904, 286 — P. K. DOMMISSE, *Onderzoek naar de oudste omwalling der stad Middelburg* (*Arch. Z. G.* XLVIII, 1904) — G. v. d. ELSSEN, *Bijdragen voor de geschiedenis der abdij te M. en van het nonnenklooster te Zoetendaal*, BBH 1888, 173/206 — M. v. EMPER en H. PIETERS, *Zeeland door de eeuwen heen*, Middelb. 1935/53 (bibliographia fusa I 93) — A. ERENS, *Rond de laatste prelaatsbenoeming in de O. L. U. Abdij te M.* (*Anal. Praem.* VIII, 1932, 25/42) — J. ERMERINS, *Zeeuwsche oudheden*, 11 partes, Middelb. 1780/97, passim — R. FRUIN, *De jaartijl der middelburgsche abdij* (*Ned. Arch. Bl.* XV, 1906/07; 86/92) — IDEM, *Het archief der O. L. U. abdij te Middelburg*. Den Haag 1901 — IDEM, *Bezittingen der abdij van M. op Walcheren* (*Coll. R. FRUINS verspr. geschriften*, levering 39, Den Haag 1909) — IDEM, *De abten van M. vermeld in het Necrologium der Abdij van Park* (*Arch. Z. G.* 1909, 157) — IDEM, *Het Archief van Prelaat en Edelen van Zeeland*, Den Haag 1904 — IDEM, *Servitia, tienden, en exemptiegelderen, opgebracht door de O. L. U. Abdij te M. 1387—1485* (BMHG XXII, 1901; 270, 357/87) — IDEM, *Vier nog onuitgegeven oorkonden uit de XIIe eeuw betreffende de Middelburgsche Abdij* (BBH XXV, 1900; 413/18) — P. M. GRIJPINK, *Register op de parochieën, altaren en vicarieën en de bedienaars, zooals die voorkomen in de middeleeuwsche rekeningen van den officiaal des aartsdiakens van den Utrechtschen Dom*, Amsterdam 1914 — W. HOEVENAARS, *Bijdragen tot de geschiedenis der Praemonstratenser Abdij van O. L. U. te M.; uit het Archief der Abdij van Park* (BBH XXII, 1897; 210/36) — IDEM, *Vier oorkonden uit de XIIe eeuw, de Abdij van M. betreffende* (BBH XX, 1895; 172/77) — J. J. v. d. HORST, *De kerken en parochieën op Walcheren* (BBH VI, 1878; 436/60, VII (1879) 391/472, VIII (1880) 134/51, 179/94) — IDEM, *De verkiezing van Joh. Dankardi tot abt van M. 1484* (BBH I, 1872/73; 312/15) — J. HUIZINGA, *Burg en kerkspel in Walcheren* (*Meded. Kon. Akad. van Wetensch. Afd. Letterk. Nederl.* LXXX B, 1936; 27/62) — M. HÜFFER, *Middeleeuwsche jaartijlen in Nederland* (*Historisch Tijdschr.* V, 1926; 65, cf. *Anal. Praem.* III, 1927; 110) — M. F. LANTSHEER / F. NAGTGLAS, *Zelandia Illustrata*, 4 voll. Middelbg. 1866/99, passim — H. de LUSANET de la SABLONNIERE, in: BOB 1948 6e ser. Jg. 1, 3/17 — de MARNEFFE, *Cartae Parcenses* (BGHB II, 1903; 426/32) — A. MEERKAMP v. EMBDEN, *Middeleeuwsche in een muur der Abdij van M. gevonden documenten, betreffende het klooster tijdens het Utrechtsche schisma* (*Arch. Z. G.*, 1935; 207) — H. OBREEN, *De Oorsprong der Middelburgsche Abdij. Een kerkhistorisch Onderzoek* (*Études d'histoire dédiées à la mémoire de Henri Pirenne*, Bruxelles 1937, 217/28); et in ASEF 1937, Nr. 401 (40) — C. H. PETERS, *De Nederlandsche Stedenbouw*, Leiden 1911, 134/39 — SMALLEGANGE, *Nieuwe Chronyck van Zeeland*, Middelburg 1696, passim — J. H. de STOPPELAAR, *Inventaris van het oud Archief der Stad M.*, Middelbg. 1883 — W. S. UNGER, *De monumenten van Middelburg*, Maastricht 1941, 36/71 — J. ab UTRECHT DRESSELHUIS, *Joh. van der Goes, abt van het Maria-klo-*

ster te M., in: *Nehalennia, Jaarboekje voor Zeeuwsche Geschiedenis* 1850, 165 — E. VALVEKENS, *De laatste kloosterlingen der Abdij van M. (Anal. Praem. IX, 1933; 97/135)* — IDEM, *De opheffing der O. L. V. Abdij te M.*, ibidem II (1926) 275/79 — C. de WAARD, *De Archieven berustende onder het bestuur der godshuizen te Middelburg. Inventaris der oude Archieven 1343—1812*, Middelbg. 1907 — *Lettre de l'abbé de Middelbourg au roi Edouard III d'Angleterre 1344*, in: *Le Cotton Manuscrit Galba B I*, edd. E. SCOTT et M. GILLIODTS van SEVEREN, Bruxelles (C. R. H.) 1896, 2/4 — *Chronicon Vormesolense*, edd. F. VAN DE PUTTE, et C. CARTON, Bruges 1847 — *Annales Formosolenses*, in: MGH SS V 34/36 — in periodicis: AAU IX (1881) pp. 10/11, XXIV (1897) pp. 416/17, cf. 403/04, XXVII (1901) 429 — AHEB III (1866) p. 127 — *Arch. Z. G. I*, 4e st. 3, VIII 99, et 3e st. 126, 1907 p. 167. Cf. indices omnium tomorum huius periodici — BBH II 236, III 105, XII (1883/84) 95, XXV 379/405, XXVIII (1904) 331, 385, XXIX (1905) 13 — BGHB I (1902) 162 — *De Ingenieur* 1904, 540 — *De Opmerker* 1909; 47, 62.

Series abbatum

(Nisi aliter notetur. secundum FRUIN AAMidd)

Alboldus O.S.A.	1123/30	Petrus v. Middelburg	
Walterus (1 <sup>o</sup> ?)	1146/53 <sup>96)</sup>		1213/14 <sup>101)</sup>
Mandekinus	1156 <sup>97)</sup>	Aegidius v. Leeuwen	1225/30 <sup>102)</sup>
Walterus (2 <sup>o</sup> ?)	1162	postea abbas in Vicogne	
Goshelmus	1188	Theobaldus	1231/37 <sup>103)</sup>
Florentius elect.	1190 <sup>98)</sup>	B. . . . .	1241/44 <sup>104)</sup>
Gilbertus	res. ante na. 1208 <sup>99)</sup>	Nicolaus	1246/63
Arnoldus	1208/09 <sup>100)</sup>	Vigilius	1266 <sup>105)</sup>

<sup>96)</sup> OHZ 130, FRUIN *Abten* 158. Forsan est idem Walterus ac pro anno 1162.

<sup>97)</sup> H. v. R. 11.

<sup>98)</sup> AASS 971, ex quibus haurit H. v. R. 8. Certe non vixit usque ad annum 1220.

<sup>99)</sup> OHZ 219.

<sup>100)</sup> ibidem 221, FRUIN AAMidd nr. 11 — HUGO: anno 1225.

<sup>101)</sup> OHZ 237, 244. HUGO et AASS 970 habent Petrum van Biggenkerke anno 1233, pro quo vero secundum documenta, non est locus, nisi forte sit confusio cum Petro de Middelburg.

<sup>102)</sup> OHZ Suppl. 54, HUGO II 190.

<sup>103)</sup> OHZ nr. 329, 359.

<sup>104)</sup> ibidem 79.

<sup>105)</sup> AASS 971: Vigilius Doedius 1266/82.

Nicolaus	1271 / ca. 1287 <sup>106)</sup>	Petrus Jacobszoon v. Damme	1438—65
Jacobus de Insula	1288? <sup>107)</sup>	Joannes Claesz. v. 's Gravenzande	1465—84
Nicolaus Hugonis	ca. 1289/1305	Joannes Danckaerts v. Westcapelle	1484—99
Henricus	1307/17	Petrus v. d. Capelle	1499—1518
Nicolaus van Gent (Colijn)	1319/28	Raymundus Peraud, Cardinalis de	
Oliverius v. Lier	1328—37 <sup>108)</sup>	Gurck 1499—1500 (intrusus)	
Walter v. Zandijk	1338—44	Maximilianus de Burgundia	1518—35 <sup>109)</sup>
Jan van der Goes	1348/58	Cornelius van der Goes	1536—39
Petrus Hoek	1359/66	antea abbas in Dieleghem	
Henricus Braem	1373—84	Florentius van Schoonhoven	1539—49
Hugo Bose	1385—90	Mathias vanHeeswijk	1549—61
Wilhelmus v. d. Does	1390—1405	Nicolaus van der Burcht, episcopus	1561—73
Wigger Gherardijns	1405—22 res.		
Joannes Zwaen	1423—26		
Nicolaus Claeszoon van der			
Coulster	1426—38		

Inseri nequeunt:<sup>110)</sup>

Wigerus 5. 4. (Necr. Parcense)

Wolfradus 28. 4. (Necr. Parc et Tongerlo, in Averbodiensi: Ulfardus)

Giselbertus 5. 9. (Necr. Tongerlo)

forte idem ac Gilbertus ut supra

Bartholomaeus 24. 9. (Necr. Tongerlo)

forte idem ac B . . . ut supra.

<sup>106)</sup> OHZ et FRUIN o. c. cf. indd. Difficile est discernendum, quot abbates nominis Nicolai regnaverint inter annos 1246 et 1305, et quando alter desierit, alterque regnare coeperit.

<sup>107)</sup> AASS 971: 1316/20. HUGO l. c.: 1315. H. v. R.: 1288, quod fieri potest. Videtur esse dubius.

<sup>108)</sup> Hic AASS l. c. inserunt abbatem Nicolaum Hoogland sive de Alta Terra. Quem numquam extitisse probat P. v. MIERLO *Anal. Praem.* II (1926) 79.

<sup>109)</sup> Erat filius naturalis Philippi Ducis Burgundiae.

<sup>110)</sup> FRUIN, *Abten* l. c. negat, hos abbates referre ad saeculum XII/XIII, et identificat v. g. Wigerum necrologii Parcensis cum Wiggero Gherardijns (1405—22). Sed immerito, constat enim ex more Ordinis, necrologia abbates aliarum canonicarum tantum inseruisse saeculis XII et XIII.

NIEUWENRODE

Nieuroy, Novum Sartum

Prope Meise, non longe a Bruxellis. Dioc. Cambrai, dein Mechelen.

Parthenon fundatus inter annos 1133 et 39 per translationem monialium Grimbergensium. Versus annum 1270, ultimae duae sorores ab abbate Grimbergensi tamquam inclusae apud ecclesiam Hasseltensem sunt collocatae, ubi in odore sanctitatis obdormierunt.

Archivalia et Litteratura vide Grimbergen.

Confer etiam HUGO II 389 — WAEFELGHEM 179 — MIRAEUS ODH II 740 — TCCD IV 737

NIJMEGEN St. Magdalena

Conventus Virginum Inclusarum Noviomagi, Klooster ter Nonnen, Besloten Joufferen, Conventus Nonnarum.

Civitas in Neerlandia, Dioc. Coloniensis, ab an. 1559 Roermond, nunc Buscoducensis. — Situm erat monasterium in platea dicta „Nonnenstraat“.

Asceterium, existens ab anno 1248, ab ignoto fundatore conditum, secutum est primitus regulam Paenitentium Ord. Ste. Mariae Magdalенаe. Monasteria huius ordinis, pro peccatricibus fundata, tunc saepe et honestas virgines susceperunt, quae sicut et paenitentes conversae, maculam originis abstergere studentes, peccatrices non amplius recipere voluerunt, et immo nomen ordinis mutaverunt<sup>111)</sup>. Ita „nonnae“ nostrae iam anno 1268 „Pauperes moniales Ord. Sti. Augustini“ voluerunt appellari, et in fine illius saeculi vocatae sunt „Albae Dominae“<sup>112)</sup>. Anno 1277, moniales nactae sunt privilegium „eligendi sacerdotem quemlibet in confessarium, quem judicaverint esse aptum“. Anno 1344, conventus, 21 monialibus constans, coram senatui et dignitariis urbis declara-

<sup>111)</sup> De Ordine Stae. Magdalенаe vide infra apud Utrecht Wittevrouwen, inter dubia et praetermissa. Monasterium Noviomagense in unico tantum catalogo occurrit, scilicet in Averbodiensi.

<sup>112)</sup> V. KOKKE 6, 7, 15. Hoc monasterium ad tempus regulam Dominicanorum esse amplexum, ut habet *Mon. Bat.* l. c., e nullo documento elucet, immo vix est probabile.

vit, se abhinc normam sequi Praemonstratensium. Quae aggregatio videtur esse facta inconsultis et forte insciis abbatibus Ordinis. Ex archivo satis amplo asceterii patet, moniales nullos habuisse praepositos<sup>113)</sup>, sed eorum loco „sacerdotes, procuratores, vel provisores“, quorum nullus videtur fuisse ex quolibet ordine. Nec invenimus in dictis archivis commercium ullum cum Ordine nostro; bis tantum intervenisse legimus abbatem de Marienweerd (1449 et 1504), qui a parte Ordinis considerabatur ut pater abbas. Anna 1463, duae moniales Vallis Stae. Catharinae, de reformatione ibi peracta incontentae, rite transierunt ad asceterium nostrum. Pluries priorissa, sicut in Catharinadal, agit omnino independentem, sigillans diplomata propria auctoritate. In asceterio, quod. erat ditissimum omnium in civitate, et nobile, colebatur unum ex sic dictis cingulis Stae. Mariae Magdalenae. Anno 1383 ecclesia collapsa reconstruitur. Anno 1580 suppressum est monasterium, quinquennio post restauratum, sed anno 1593 definitive suppressum. Anno 1599, cum magna pars monasterii iam esset destructa, ecclesia coepit destrui, cuius pars adhuc exsistebat anno 1669. Ultima monialis obiit anno 1617 in monasterio. Nunc omnia solo sunt aequata.

Archivalia: 152 Chartae 1250/1562 in AAB, sigillis fere omnibus orbatæ — 7 doc. 1249/89, 1521 in Oud Arch. Gem. Nijmegen, nagekomen stukken 67 vv., ibidem Rekening Rentm. Geestel. Goederen 1619/20. — Ex quibus archivis congestum est opus nondum publicatum C. Th. KOKKE, *Uoorloopige lijst van stukken betreffende het nonnenklooster van de hl. M. Magdalena te Nijmegen* (Nijmegen 1939), ex quo materiam nostram hausimus.

Litteratura: HUGO et WAEFELGHEM nesciunt — ACQUOY III 228 — HABETS III 678 — HEIJMAN, *Verspr.* 29 — MARIS 275, 538 — *Mon. Bat II* 140 — SCHUTJES 259/61 — G. A. MEYER, *Katholiek Nijmegen-Nijm.* 1904, I 65/68 — H. D. J. v. SCHEVICHAVEN, *Oud Nijmegens Straten.* Nijmegen 1896, 313/23 — R. SCHOLTEN, *Das Cistercienserinnenkloster Grafenthal*, Kleve 1899, Reg. Nr. 167 (1364) et 168 (1433)

<sup>113)</sup> Anno 1531 prima vice invenimus „praepositum“ quendam, nomine Arnoldi van Zandvoort, sed probabilius erat sacerdos saecularis. (KOKKE l. c.) Extitit iuxta monasterium domus dicta „proosthof“.

NINOVE (B.M.V. et) SS. Cornelii et Cypriani

Nye-, Nic-, Ny-, Ninovia, -nove, -neven, -noue, -noven, Ninhovia, Ninive, Nieuwenhoven, Sente Cornelisberg by N.

Oppidum in Flandria Orientali, in Belgio. Dioc. Cambrai, ab an. 1559 Mechelen ab an. 1801 Gent

Abbatia insignis. Fundata apud ecclesiam quandam collegiatam B. M. V. in loco. Tres canonici eius, anno 1137, amplexi sunt Ordinem nostrum, quibus accesserunt septem ex Parcho, cuius filia nova canonica est facta. Dotata est a Gerardo de Ninove, constabulario Flandriae. Moniales mox translatae sunt in Pamel (anno 1188?). Parva abbatia de Liedekerke O. S. A. anno 1140 unita est canonicae Ninivensi, et facta est curia<sup>114</sup>). Anno 1166, translatum est monasterium ad locum aptiorem, non longe distantem; antiqua ecclesia mansit parochialis. Nova autem consecrata est anno 1174 ab Eskillo archiepiscopo Lundensi, magno fautori Ordinis nostri in Scandinavia. Praeter Liedekerke et Ninove, possedit et administravit ecclesias sequentes: Pamel, Voorde, Okeghem, Oetingen, Herlinkhove, et Borglombeek cum Strijthem. Possedit etiam tres baronias, et multas curias, praecipue Ruybroek, Kathem, Meerbeke, Liedekerke, Pamel, Schoor, Herbeek Boechout, et Renissart (prioratus). de quo vide infra sub dubiis. Refugia habuit canonica Bruxellis, Gandavi et in Aalst. Abbas Barth. van Hoemen in Concilio Basileensi, cui interfuit, obtinuit jura pontificalia. In fine saeculi XVI est devastata: annis 1578/84, canonici degerunt in Aalst. Anno 1603, tota canonica, vix reconstructa, igne combusta est. Annis 1635/1723, erecta est nova ecclesia abbatialis adhuc existens, speciosa et elegans; annis 1761/83 construuntur nova aedificia claustralia, palatii instar<sup>115</sup>). Proventus annui in fine erant 65000 florenorum. Ad insignes reliquias SS. Cornelii et Cypriani semper viguit magna peregrinatio. Anno 1797, suppressa est canonica. Monasterium anno 1822, solo est aequatum, loco eius nunc sunt via ferrea et coemeterium; ecclesia nunc est parochialis.

Archivalia: Ex primis saeculis superest insolita copia archivalium, in Rijksarch. der Prov. Oostvl. Gent. (Cf. *Anal. Praem.* IV, 1928, pp. 266/67, et RÖCKWELL pp. 5/31). Ibi sunt Chartae et diplomata, quae partim edd. De SMET, in appendice suae editionis Chronicae Balduini Niniv. (II 749/983), et 134 voll. MSS religata: 3 cartularia, 2 chronica, 2 diaria abbatum, 3 obituaria (Illud saec. XII/XIII, nondum publicatum, maximi est momenti), registra et

<sup>114</sup>) Vide hac de re supra apud Dieleghem.

<sup>115</sup>) Unica imago huius aedificii extat in Abbatia Averbodiensi.

catastra. — In AAMech inveniuntur varia, inter alia 3 cartularia saec. XIV/XV, in quorum novissimo inserti sunt nostri „Catalogi Ninivenses“ I et II<sup>116)</sup> — AAPa VII 37, 46 (Status Bonorum monast. Ninivensis), 47, 65, 67, XVII 2 (178 epistolae 1600/1737) XXIX 5 (163 numeri 1426/1825) — In Bibliotheca Union Theological Seminary, New York, habetur „Liber Miraculorum Sti. Cornelii Ninivensis“, saec. XII/XIII, de quo cf. ROCKWELL — Notandum est etiam „Chronicon Balduini Ninivensis“, praecipuus fons historicus saec. XIII, Copiae eius praecipuae asservantur in AAA, BRB et AAT.<sup>117)</sup> .

Fontes et Litteratura: LEPAIGE II 514/15 — HUGO II 369, prob. 227/40 — WAEFELGHEM 179/81 — AA. SS. Sept. IV 769/77 (Miracula Sti. Cornelii) — *Act. Proc. Univ. Lov.* I 354 — BERLIERE *Inv. Cam.* cf. ind. — BETHUNE I 86/90 — v. BOTERDAEL 409/41 — CLAESSENS 521/22 — *Corresp. Phil. II*, VI 134 — COTTINEAU 2076 — *Dén. Foy. Brab.* T. O. 135 — ERENS, *Parodiezorg* 206/10 — *Form. Pr.* Nr. 106, 308, 313, 343 — *Gall. Chr. Nova* V 111/18 — GOOVAERTS I 21, 25, 39, 91, 124, 125, 133, 140, 160, 244, 533, 576, 605, 620, II 230, 278, 282, 283, 300, 303, 325, 371, III 16, 34, 35, 39, 156, 159, 179, 188, IV 9, 10, 31, 37, 39, 97, 132, 168, 217, 230 — d' HOOP II. III, cf. ind. VI 156 — JAFFE 9157, 13086, 15667 — LAENEN *KGBrab* II 57/58 — *Lettres Benoit XI* (AVB) cf. ind. — *Lettr. Com. Jean XXII* 60468 — LONGNON VI 332, 335, 337, 338, 376, 723 — *Matr. Univ. Lov.* I 270, II cf. ind. — MIGNE t. 180 c. 1561, t. 185, c. 1825, t. 201, c. 1437 — MIRAEUS OHD cf. ind. II x, IV 212 — PLANTENGA cf. ind. p. 360 — POTTHAST 7505, 24455 — PRESSUTTI 4329, 5763 — SANDERUS F. I, III 188/92 — RAMACKERS P Urk N 66, 278, 368 — TCCD II/VI, VIII, XI 1 — VALVEKENS *Vis. Can.* I 12/16, II 101/06, 134 — IDEM, *Doc. Prém.* I 161, 203, 204/07, 209 — De WACHTER 473/74 — WAEFELGHEM, *Abbés* XII 116/20 — de LIMBURG STIRUM *Notice sur l'église de l'ancienne abbaye des Prémontrés à Ninove* (MSHB 1874, 76/85) — L. PLAS, *Bladen uit de geschiedenis van N.*, Ninove 1890 — W. W. ROCKWELL, *Liber Miraculorum Ninivensium Sancti Cornelii Papae. Ein Beitrag zur flandrischen Kirchengeschichte*, New York / Göttingen, 1925 — R. SCHOORMAN, *Inventaire sommaire des Archives de l'Abbaye de Ninove*, s. l. et d. — E. SOENS, *Het domein der Premonstratenzer Abdij van N.* (*Anal. Praem.* IV, 1928; 266/93, 374/405) — IDEM, *De kerk van Ninove en haar mobilier*, Gent 1907 — IDEM, *Aperçu historique sur l'ancienne Abbaye (de Ninove)*, in: *Comité prov. des Monum: Invent. Archéol. de la Flandre Orientale*, fasc. VIII (Gand 1912), 15/18 — IDEM, *Kunstinventaris van N.* (*Dietsche Warande en Belfort* 1907, 166 sq.) — IDEM, *De tienden*

<sup>116)</sup> Vide supra in vol. I 17, ubi corrigas „fol. 235/40“ in „235/48“

<sup>117)</sup> De auctore vide LEFEVRE in DHGE VI 1418.

der Abdij van N. te Meysse en omstreken (ESchBr XVIII, 1935; 113/19) —  
 IDEM, *Het hof van Kattem, uithof der Abdij van N.*, ibidem XVII (1934) 49/62  
 — IDEM, *De bezittingen der Abdij N. te Liedekerke*, ibidem XX (1937) 1/4 —  
 IDEM, *De Herberg der Abdij van N. te Gent (Bulletin der Maatsch. van Geschied-en Oudheidk. te Gent, 1910, No. 3, 38 pp.)* — IDEM, *De pachthoven en molens der abdij van N.* (VMKVA Gent, 1910; 322, 653, 711/14 — ESchrBr XXXI (1948) 337/47 — BGHB II (1903) 224/26, V (1906) 448 — MSHB 1837 320/55; 1843 291 — *Toerisme* IX (1930) 497/501, XIX (1940) 439/42 — De SMET, *Chronicon Balduini Ninivensis ex autographo, et Codex Diplomaticus* (1092 — 1317), Bruxellis 1840, 2a ed. in R. C. F. II (1841) 747/983 — *Miracula S. Cornelii Papae Ninivensis*, edd. R. LECHAT in *Anal. Bolland.* XX (1901) 182/98; XXXIII (1912) 429/38, et ROCKWELL o. c. — *Fundatio eccl. Ninivensis* (MS London Brit. Mus. Nr. 14790, ult. fol. Edd: MGH SS XXV 552, *Gall. Chr. Nova Instrum.* Col. 293/94) — *Fundatio eccl. Ninivensis. altera*, edd. MIRAEUS ODH I 528 sq. et MGH SS XXV, 553/54 — *De persecutione eccles. Ninovensis*: MGH SS XXV 554/56 cf. 547/48.

Series abbatum

(WAEFELGHEM, Abbés, et SOENS, mobilier)

- |                             |  |                              |                   |
|-----------------------------|--|------------------------------|-------------------|
| 1. Gilbertus I.             | 1137—42 res.   | 16. Henricus v. Aalst        | 1271/72—74        |
| 2. Gil(le)bertus II.        | 1142/43  | 17. Joannes v. Hartbeek      | 1274—1304/05 res. |
| 3. Gerardus                 | 1143—85  | 18. Joannes Millius          | 1304/05—14        |
| 4. Arnoldus Wala            | 1186—90  | 19. Joannes Dechamps (Scamp) | 1314—17           |
| 5. Mathias de Scornay       | 1190—95 res.   | 20. Aegidius du Cellier      | 1317—24 res.      |
| 6. Algotus                  | 1195—99 res.   | 21. Joannes v. Impe          | 1324—26 res.      |
| 7. Steppo (Stephanus)       | 1199—1203 res.   | 22. Simon de Costere         | 1326—28 res.?     |
| 8. Henricus I.              | 1203/04—06 res.  | 23. Wilhelmus Bussere        | 1328—36           |
| 9. Joannes I. de Spinis     | 1206—07  | 24. Joannes v. Dendermonde   | 1336—59 res.      |
| 10. Radulphus               | 1207—44  | 25. Cornelius v. Hamme       | 1359—91           |
| 11. Siger                   | 1244—51  | 26. Joannes van Nokerstok    | 1391—1404 res.    |
| 12. Daniel                  | 1251/52—55<br>antea abbas in Dieleghem<br>et in Grimbergen | 27. Bartholomaeus v. Hoemen  | 1404?—47          |
| 13. Wilhelmus I. v. Haltert | 1255—58 res.   | 28. Joannes Beverlync        | 1447—84           |
| 14. Aegidius I.             | 1258—70  |                              |                   |
| 15. Peregrinus              | 1270 res.  |                              |                   |

29. Wilhelmus Duchateau 1484—99 res.	39. Joannes David 1613—36
30. Everardus van den Pandeke 1499/1500—1510	40. Michael Mordack 1636 (electus, necdum confirmatus)
31. Joannes Clercx 1510—25 res.	41. Christianus Roelofs 1637—57
32. Cornelius de Hey 1527—44 res.	42. Joannes de Neve 1657—85
33. Joannes de Avena 1544—67 res.	43. Ferdinandus de Moor 1685—98
34. Michael a Male 1567—78	44. Carolus Charité 1698—1701
35. Petrus Aloys 1578—87	45. Dionysius Feysers 1702—12
36. Adrianus Wasteels 1587—94	46. Ferdinandus van der Haeghen 1712—54
37. Antonius de Langhe 1594—1606	47. Ferdinandus van der Eecken 1754—83
38. Christianus v. d. Abeele 1606—13	48. Joannes Pameleirre 1783—88 † 1800

P A M E L

Pamella, Pamele

Non longe a Ninove, in Brabantia in Belgio.

Parthenon, quo translatae sunt sorores Ninivenses, anno 1188. Cum „villa Pamella“ destrueretur per turbas bellicas, anno 1242, sorores iam videntur fuisse extinctae. In secundo dimidio saeculi XIII, Pamel erat curia, a fratribus conversis abbatiae matris exulta.

Archivalia et Litteratura vide Ninove. Speciatim: E. SOENS. *Het hof van Pamel, uithof der Norbertijnerabdij van Ninove* (ESchBr XVI 1933; 210/30).

P A R K St. Joannis Evangel.

Parcus, Parcum, Parchum, -Ducis, -Dominorum, -Lovaniense, Perk, Perck, Park, het Park, 't Park, Perke, Peerke, Percke, 's Heerenpercke, Hertoghen Park — Gallice le Parc, Parcq, Parc-le-Duc.

Prope Heverlee, nunc suburbium civitatis Lovaniensis, in Belgio. Dioc. Leodiensis, nunc Mechelen.

Abbatia celebris. Fundata est circa annum 1128 a Godefrido I. Barbato, Duce Brabantiae, et filiis eius Godefrido et Henrico. Filia Sti. Martini Laudunensis Advocati erant Duces Brabantiae, quorum „archicapel-

lani nati“ facti sunt deinceps abbates Parcenses. Confirmationes pontificiae 1142, 1144, et imperialis anno 1154. Initio monasterium erat duplex. Sorores, quas saeculo XII non tantum invenimus in Parco, sed etiam, una cum fratribus conversis, in curia Vossem, saeculo sequenti sibimetipsis sunt relictæ, et disparent. Videntur tetendisse in Parc-les-Dames sive Vrouwenpark, juxta Wesemaal, ubi habebantur tamquam moniales Ord. Sti. Augustini, donec anno 1215 regulam Cisterciensem adoptaverint, quam sunt secutæ usque ad interitum anno 1796<sup>118)</sup>. Filiam genuit unam: Ninove, Asceterium jure paternitatis dependens: Gempe. Parcum possedit curiam cum prioratu et hospitali in Runkelen, de quo vide infra sub dubiis. Ecclesias habuit et administravit sequentes: Archennes 1257, Blanden (capella cum curia) 1380, Pont à Celles, cum capella in Luttre 1161; Korbeek Loo 1481, Haacht 1230, Hauwaart saec. XVIII, Heverlee ad tempus saec. XVIII, Jezus Eik (N.D. au Bois) 1650, Lubbeek ante 1179, Parc 1802, Schoonderbuken (capella cum hospitali) 1144, Tervuren 1227, Tremeloo 1332/1783, Wakkerzeel 1225/1577, Werchter 1225, St. Joris-Winge 1234; jure patronatus tantum: St. Pieters Rode, et capellam Molenbeek. Parochiae, asceterio Gempensi incorporatae, ei sunt transmissae anno 1487: Kortrijk-Dutsel, et Nieuwrode. Refugia habuit in Brussel, Leuven, Mechelen, Nivelles, Tienen, St. Truiden et Vilvoorde. Abbates anno 1462 infulantur. Hoc tempore, abbas Th. van Tuldel strenue et cum successu luctatus est contra commendam. Saeculo XIV, iam fuerat introducta divisio mensarum, quae sub abbate Ludovico v. d. Berghe (1543/58), una cum peculio, iterum est derogata. Aerumnae consuetæ, ut bella, devastationes, incendia et alia huiusmodi abbatiae miro modo pepercerunt, nec iconoclastae saec. XVI ei damna intulerunt. Saeculo XVII, erat florentissima, verum cor reformationis in circaria. Abbates Drusius, praesertim vero Masius, in restauratione Ordinis maximam habuerunt partem. Masius redegit statuta et Ordinarium Ordinis, anno 1630 promulgata. Status personalis: 1526:24 religiosi, 1609:25 intra, 19 extra, 1726:51, 1797:60 1929:47, 1953:60, redditus annui 1786:43410 florenorum. Anno 1789, est suppressa a Josepho II<sup>119)</sup>, anno sequenti autem restaurata; anno 1797 de novo dissoluta. Anno 1801, religiosi superstites recuperaverunt aedes canonicae, et aliqui iterum vitam communem ibi reassumpserunt, potius tamquam parochi.

<sup>118)</sup> Cum vero nullum habeamus probamen, hunc „Parcum Dominarum“ esse ortum ex „Parco Dominorum“, res manet hypothetica. Confer casum Orientem supra in praefatione (nota).

<sup>119)</sup> Annus suppressionis 1787, qui saepe invenitur in litteratura, est erroneus.

Anno 1836, cum 11 canonici adhuc essent in vivis, canonia est restaurata. Anno 1872, iterum fit abbatia. Ab anno 1896, Parcum emittit missionarios in Brasiliam, ubi varias parochias administrant; usque ad annum 1914, tria periodica publicavit (Bibliothèque Norbertine, 't Parks Maandschrift, Analectes de l'Ordre de Prémontré). Aedes pulcherrimae, saec. XVI/XVIII constructae, integrae subsistunt. Ecclesia romanica saec. XVIII minus feliciter est modificata.

Archivum Parcense, quoad maiorem partem adhuc in loco asservatum, est amplissimum, et maximi momenti pro historia circariae, immo Ordinis. Inventarium vide apud d' HOOP (III 350/54) et WAEFELGHEM, *Invent. Somm. cf. Répertoire* eiusdem auctoris -- In aliis locis: AGR: 21 registra, 45 fasciculi, documenta an. 1134/1796, Cartul. Saec. XVIII, de annis 1129/1265, edd. MARNEFFE l. c. (cf. d' HOOP III 342/50) — London Brit. Museum: Annales Parcenses (—1316, edd. MGH l.c.) Add. MS 14788, et Copiarium saec. XVI/XVII, Add. MS 16953 — Obituaria extant quatuor in AAPa, antiquissimum, saec. XVI, edd. WAEFELGHEM l. c. infra.

Fontes et Litteratura: LEPAIGE II 519 — HUGO II 473, prob. 306/19 — IDEM SAM, *Ep. Geru.* 132 — WAEFELGHEM 189, 389 — *Act. Proc. Univ. Lov.* I 513, II 401 — BERLIERE *Inv. Cam.* cf. ind. — v. BOTERDAEL 105/45 — BROM *Arch. Italie* 1693, 1814 — *Cart. St. Lambert* II 108, III 7, V 142 — COTTINEAU 2189/91 — *Dén. Foy. Brab.* T. O. 144 — III 7, V 230 — *Chart. Ste. Waudru* III 808 — *Chron. Liège* II 654 — *Corresp. Phil.* II VI 142 — COTTINEAU 2189/91 — *Dén. Foy. Brab.* T. O. 144 — ERENS, *Parochiezorg* 168/78 — *Form. Pr.* Nr. 119, 229 — *Gall. Chr. N.* V 97/104 — v. GESTEL I 189 sq — GOOVAERTS I 74, 124, 142, 168, 173, 185, 187, 194, 195, 206, 273, 284, 301, 325, 414, 424, 551, 610, 626, 641, II 13, 22, 25, 34, 54, 77, 119, 172, 186, 201, 230, 248, 256, 283, 308, 313, 325, 326/29, 381, 398, 410, 432, III 39, 40 44, 45, 50, 53, 55, 60, 62, 73, 77, 132, 137, 144, 147, 153, 155, 156, 163, 169, 174, 175, 182, 187, 189, 192, 194, 198, 199, 200, 201, 205, IV 14, 19, 37, 56, 58, 85, 107, 114, 136, 151, 170, 182, 200, 227, 228, 231, 242, 246, 251, 319, 323, 338, 350 — GRAMAYE 105/11 — d' HOOP I/VI cf. indd. (Héverlé) — JAFFE 8255, 8715, 13469 — *Lettr. Benoit XI* (AVB) cf. ind. — *Matr. Univ. Lov.* I, II cf. indd. — MIGNE P. L. t. 197 145/332 (Epistolae Stae. Hildegardis ad abbatem Parcensem) — MIRAEUS OHD cf. ind. II x, IV 405 — MOLANUS cf. ind. II 1336, et 1347 (Tuldel) — *Obit Groenendael* cf. ind. — PIOT. *Cart. St. Trond* I 96, II 657 — PLANTENGA cf. ind. 361 — PONCELET *Hugues de Pierrepont*, cf. ind. — POTTHAST 16645, 21004, 26032, 26043 — PRESSUTTI 2206, 2569 — RAMACKERS PURK 62, 100, 108, 184 — *Reg. Boniface VIII* 252 — SANDERUS CSB I 157/283 — *Suppl. Urbain V* cf. ind. — TCCD II/XI 2 cf. ind. XI 3 219 — VALVEKENS *Vis. Can.* I 14/16, II 127/30, 153/59 — IDEM, *Doc. Prém.* I 162, 227 — IDEM, *Chap. Gen. Despruets* cf. ind. — De WACHTER III 75/77 —

WAEFELGHEM, *Abbés XII 22/25* — WICHMANS 705/18 — E. v. EVEN, *Jean Maes, 31e abbé du Parc* (MSHB 1870, 343/50) — C. GOFFAERTS, *Masius et le cloître du Parc* (BN IV, 1902, pp. 37/41, 64/71, 113/22, 151/57) — G. J. De HAES, *Chronologie de l'Abbaye du Parc*. (BN voll. II/VIII cf. indd.) — A. J. JACOBS, *Le prélat Simon Wauters et la première suppression de l'abbaye sous Joseph II*, Louvain 1887 — E. JANSEN, *Melchior Nysmans, prelaat van Park*, in: *Taxandria* (K) N. S. V (1933) 99/111 — IDEM, *L'Abbaye Norbertine de Parc-le-Duc*, Malines 1929 — IDEM, *Geschiedkundige navorschingen over de aloude abdij van 't Park*, door J. RAÛMAEKERS, uit het fransch vertaald, voltrokken en aangeteekend, in: *PMschr I/III* (1900/03), cf. ind. et Anvers 1904 — P. LEFEVRE, *L'Epistola reformatoria du prieur de Bethleem, Henri van der Heyden, pour l'Abbaye du Parc, au XVe siècle* (*Anal. Praem.* III, 1927; ed. textus) — R. LEMAIRE, *L'église du Parc* (*Bull. des métiers d'art* 1904, 65/80) — IDEM, *Les origines du style gothique en Brabant. 1. L'architecture romane*. Bruxelles 1906, 112/31 — P. LENAERTS, *Chronique d'un prélat du 18e siècle (Paulus De Bruyn, abbé du Parc. † 1719)*, in *Anal. Praem.* XXV (1949 sq.) ed. textus nondum terminata — IDEM, *Journal de Libert de Paepe 1648/82*, in *AOP VII/X* (1911/14) cf. indd. — E. de MARNEFFE, *Cartae Parcenses*, in: *BGHB II* (1903) 421, 501, *III* (1904) 17/36, 137/49, 222/29, 395/400, *IV* (1905) 14 — H. MYLIUS, *Die Parkabtei bei Löwen*, in: *Belgische Kunstdenkmäler* (München 1923) II 133/60 — G. NOLS, *Quelques hommes célèbres qui ont professé à l'abbaye du Parc 1426/1694*, in *BN V* (1903) 119/29, 148/59, 226/36, 264/72 — IDEM, *Jean Masius, abbé du Parc 1635/47. Sa vie, et ses rapports avec les Jansénites*, in: *AOP IV* (1908) (1909) cf. ind. t. p. Bruxelles 1909 — IDEM, *Les abbés du Parc, archichapelains des Ducs de Brabant*, in: *Mélanges Moeller* 1914 I 508 sq. — IDEM, *Les anciennes cures de l'Abbaye du P.*, in *Anal. Praem V* (1929) 109/20 — IDEM, *Notes historiques sur l'Abbaye du Parc, ou cinquante ans dans la tourmente 1786—1836*, in *BN XI* (1909), *XII* (1910), *XIII* (1911) cf. indd. — J. VERSTEYLEN, *Cartae Parcenses*, in *BGHB XIV* (1923) 227/36 — IDEM, *Les chartes de fondation de l'abbaye du P.*, in: *Anal. Praem V* (1929) 121/31 — R. v. WAEFELGHEM, *Status monasterii Parcensis*, in: *BCRH LXXXVII* (1923) 223/388 — IDEM, *Les cartulaires de l'Abbaye du P.*, Bruxelles 1909 — IDEM, *Le Catalogue des abbés du P.*, Louvain 1911 — IDEM, *Inventaire sommaire des Archives de l'Abbaye du P.*, in: *Annuaire des Archives de Belgique* 1913, 110/12 — IDEM, *Het boek der aalmoezen der abdij van P. 1297/1387* (*BGHB XV*, 1924, 705/28, 779/807) — IDEM, *Le Nécrologe de l'abbaye du Parc*, Bruxelles 1908 — De WAERSEGGHERE, *Chronicon contractum insignis ecclesiae Parchensis.. Lovanii 1726, continuatio eius proc. Van de VELDE* in *MSHB* 1839, 301/05 — *Annales Parchenses 909—1316*, edd. *MGH SS XVI* 598/608, et *Bra. Mus.* I (1860) 389/409 — In periodicis: *AARAB XXVIII* (1872) 550/58 — *AHEB I* (1864) 77, 98, 420/21, 444, 475, *II* (1865) 22, 25, *III* (1866) 127, 444, 502, *V*

(1868) 230/35, 239, VI (1869) 272, 287, VII (1870) 20/60, IX (1872) 38/41, 459/60, X (1873) 418/22, XII (1874) 190, XV (1875) 104, 385, — AOP II (1906) Nr. 3 — ASAB IV (1890) 92/99 — BCRH III/9, 240 — BGHB I (1902) 193, 443, IV (1905) 270/88, V (1906) 445 — BN I (1899) 6/8, 22/23, 60/64, 91/93, 109, II (1900) 7/11, III (1901) 14/23, 108/11, IV (1902) 55/64, 103/13, V (1903) 18/34, 159/61, XIII (1911) 211/18, 236/47, XV (1913) 177/86, 262/73, 281/85, XVI (1914) 2/6, 155/62 — ESchBr XVI (1933) 145/61 — *Mechlinia* VIII (1930) 63/64 — PMSchr V (1905) 4/7, 223/27, VII (1907) 162/64 *Revue de l'Art chrétien* 4e sér. XIII (1902) 315/18

Series abbatum (WAEFELGHEM. Abbés)

1. Simon	1132/42	18. Henricus v. Redingen	1332—39
2. Philippus 1 <sup>o</sup>	1142/65 res.	19. Joannes de Steenhouwer	1339—42
3. Thomas	1165—66/67	20. Arnoldus v. Wesemaal	1342—46
4. Philippus 2 <sup>o</sup>	1166/67—69/70 res.	21. Nicolaus Boseret	1346/47 —61
5. Reinerius	1169/70 res.	22. Stephanus	1361—68 <sup>120)</sup>
6. Philippus 3 <sup>o</sup>	1170—90 res.	23. Henricus v. Overbeke	1368—91
7. Daniel	1190—92	24. Joannes Baldubel	1391—1414
8. Sebastianus 1 <sup>o</sup>	1192—96/97 res.	25. Gerardus v. Goetsenhoven	1414—34
9. Hubertus	1196/97, ca. 1200 res	26. Walterus v. Beringen	1434—62 res.
10. Sebastianus 2 <sup>o</sup>	1198 vel 1201—122	27. Theodoricus v. Tuldal	1462—94
11. Joannes v. Bierbeek	1212—26	28. Arnoldus Weyten	1494—1515
12. Henricus v. Brussel	1226—39 res.	29. Ambrosius v. Engelen	1515—43
13. Alardus v. Tervuren	1239—89 res.	30. Ludovicus v. d. Berghe	1543—58
14. Wilhelmus Bodenvlas	1289—1307	31. Carolus van der Linden	1558—76
15. Sigerus v. Vinckenbosch	1307—14	32. Ambrosius Loots	1577—83
16. Wilhelmus v. Herent	1314—16		
17. Godefridus v. Attenrode	1316—32		
antea praep. in Keizersbosch			

<sup>120)</sup> Conventus elegerat anno 1361 Henricum van Overbeke, sed Curia Romana nominavit Stephanum abbatem Sti. Mariani Altissiodorensis (Auxerre, Circ. Franciae), qui anno 1368 abbas Generalis est factus. Antequam possessionem adierat, denatus est.

## Monasticon Praemonstratense, Editio Prima, Tomus II, 1952

- |  |   |
|--|---|
| 33. Franciscus v. Vlierden<br>1583—1601  | 43. Simon Wouters 1779—92                           |
| 34. Joannes Druys (Drusius)<br>1601—34   | 44. Melchior Nysmans<br>1793—97. † 1810             |
| 35. Joannes Maes (Masius)<br>1634—47     | Petrus Ottoy 1834—40                                |
| 36. Libertus de Paepe 1648—82            | Georgius Verhaeghen 1840—41                         |
| 37. Philippus v. Tuycom<br>1682—1702     | Philippus v. Eeckelen<br>1841—61 res.               |
| 38. Paulus de Bruyn 1702—19              | Ignatius v. d. Kerkhoven<br>1862—68 res.            |
| 39. Hieronymus de Waerseghere<br>1719—30 | 45. Aloysius Franck. superior 1868<br>abbas 1872—87 |
| 40. Alexander Sloomans 1730—56           | 46. Franciscus de Paula Versteylem<br>1887—97       |
| 41. Ferdinandus de Loyers<br>1756—62     | 47. Quirinus Nols 1897—1936                         |
| 42. Franciscus Généré 1762—78            | 48. Joannes Evang. Versteylem<br>1936—              |

Nota. Abbates sub Nr. 16, 19, 37, et 39 antea fuerant praepositi in Gempe.

